



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ivlii Cæsarisi|| Scaligeri|| Epistolæ|| &|| Orationes||**

**Scaliger, Julius Caesar**

**Lugduni Batavorum, 1600**

Margaretæ Vitelliæ Scaliger S. LXVI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70455](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70455)

MARGARETÆ VITELLIAE  
SCALIGER S. LXVI.

SEMPER is mihi fuit animus , ea sententia,  
ut qualem haberetis vos innatum nobis-  
cum ad generationem , vitamque comnu-  
mionem, talem quoque posse consequi om-  
nium bonarum artium adeptionem, atque  
in eorum studio tueri dignitatem. Quod  
quanto rarius euenicbat , tanto esset mira-  
culo proprius. Nec deesse vestris ingenii  
opulentiae futuræ scminaria , sed solum vel  
præsentis operæ cultum, vel deliberationis  
institutum. Hoc cum olim & in aliquot il-  
lustrissimis ætate nostra fæminis animos  
nostros prium ad attentionem , deinde  
ad admirationem excitarit: tum pridem &  
ex sermone doctissimorum hominum de te  
acceperamus, & nunc tuis suauissimis lite-  
ris cognouimus. Ego, Vittelia , crebra ma-  
ximorum virorum fruor salutatione , missis  
ad me epistolis vltima ex Germania , Gal-  
lia, Italia: quod ipsi nonnullam habeant de  
meis curationibus potius , quam de sapien-  
tia , opinionem . Id quod tametsi mi-  
ni me fortasse ambitiosum , tamen ali-  
quantum potuit animum meum compa-  
rare ad ponendum operam in philosophia,  
si non

si non cæpisssem: ad augendum vero, si quid  
bene cæptum est. Cæterum nullis vñquam  
magis literis, quam tuis commotus sum, vt  
vel aliquid me forc existimarem, si tibi meæ  
lucubratiunculæ non displicerent, vel  
etiam esse iam, si putares mihi tua diuina  
scripta placere debere. Placent vero, Vitel-  
lia, atq. ita placent: vt nequaquam meorum  
pænitcat, quandoquidem tua elicere po-  
tutre. Nec vero desinam te magnopere ora-  
re, vt quoad sine tuo incommodo fieri pos-  
sit, velis aliquando ad nos de tuorum sum-  
ma studiorum scribere. Nam quod ad  
tuam valetudinem attinet, valde dolco te  
eo affectu laborare, qui vel propter diutur-  
nitatem iam nolit cedere nostris remediis,  
vel propter *τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν*, non  
solum non dimoueatur, sed etiam perpe-  
tuis caussis foueatur. Scribis enim tinnitu-  
te male haberi. Eius curatio cum per se est  
difficilis multis de caussis, quibus ipse mor-  
bus constituitur, tum in vegeto ingenio assi-  
dua spirituum agitatione, & habet materiæ  
suppeditationem ex affluentia & ex motu  
sonum. Caussæ vero cum esse ex multis vna  
vel plures possint, non tolletur *διάθεσις μὴ*  
*πρότερη εκκοστήν τοῦ αἵτιου*. Empirico-  
rum atque methodicorum olim fuit hoc,  
affectione

affectione parti illico adhibere *Tumix*. Nos aliter faciendum natura docet, quæ ut certis confessionibus commisit atque aptavit partes animatis, alterius sæpe noxam ex alterius incommodo pendere designat. Quamobrem non neglecto cerebro, ventriculi, iecoris, lienis, matricis prius incunda ratio est. Nec minus ad ea, quæ *σφυγαρπη* vocant Græci, respiciendum. Caussæ sunt ex, quæ antecesserunt, atque impactis læsionibus abierunt. Eas qui tenent medico modum rei bñc gerendæ, nihil iudicare, quos inter Galenius quoq. vñus est, maxime falli, declaratum est a nobis satis in tomo tertio Nobilium exercitationū. Igitur vbi hæc accuratius à te scripta intellexerō, dabo operam, vt omnis posteritas intelligat, tuam valetudinem præter cæterorum omnium mortalium commoda mihi esse carissimam. Vale. ex Villula.

## E I D E M. L X V I I .

**E**t si facultas omnis orationis meæ minor est & acerbitate, & caussa doloris tui, tum ingenii vis longe imbecillior, quam ut cum tua sapientia comparari possit: tamen vel tua virtus, quæ te mihi admirabilem